

Esto timor populis, et poena futura superbis,
exemplar regum, qui male regna regunt.

Omnipotens in te sic altius intono sede:

Omnia regna rego, sum Deus orbis ego.

Spice supercilium Babylon deponere stultum,
ante pedes videas, quas habeas foreas

Est nil nunc in te, qui te multum putat esse,
art humilis si nil, non tamen inde nihil.

Te modo scire putas cum nobis plurima narras,
et tamen hoc nescis, quomodo scire velis.

Unde superbit herus, cuius conceptio fletus,
narsi poena, pati vita, necesse mori.

Luxus opum, species generosa, scientia, proles,
haec sunt aut animo, quisque superbit homo.

Ipse qui summa potes, ne despice parva potentes,
qui tibi non prodest, forsitan obesse potest.

Si gradus est altus, major fiet tibi saltus,
se nimis extollens, fit nimium recidens.

Tutior in teris locus est, quam pedibus altis,
ventus demissis parere scit violis.

Semper habet fortis morbos quasi iudicia mortis,
et fortis quibus secta fuit gravibus.

Eicitur magno parvus veniente magistro,
solis ad exortum, luna negat radium.

Cedere majori, non est pudor inferiori,
est verus fateor quem dabit alter honor.

In laude humana melior tibi vox aliena,
quod vere laudat, vox aliena parat. 136.

Non verbis iacta te, sed facias bona facta,
factis non verbis praemia consequeris.

Non figat signum qui laude facit morbo dignum,
sunt sine frondosa nunc bona vima nota.

Cum bene pugnabis, cum cuncta subacta putabis,
tunc te si sapias, pro nihilo reputes.

Duos magis infestat vincenda superbia restat,
est iter angustum, quod tibi dat solium.

Supremae Potestatis sunt omnia subdita soli,
vincere dat solus, praemia namque Deus.

Hinc nimis extolli, quaeso per praemia noli,
non durat longe vincere, sed modice.

Nam scio pro certo quoties cum stercore cesto,
vincto vel vincor, semper ego maculor.

Gaudeat elatus, descendet mortificatus,
qui nimis ascendit, frangere cetera petit.

Cedet amicus agris, cedet pro munere pagis:
si cedas dictis tu mihi rarus eris.

Nunc in mensura tua, te submittere cura,
permittere a multis, qui nimis est humilis

Qua magis inclinat sepes, manum inde ruinat,
hinc humilis medium debet habere suum.

Gratia rotat mecum, sapientia, formaque tecum:
quando superbimus, fimus uterque minimus.

Sed cur te extollis? cur palvis et umbra superbis?
in vivis miserum cui datur esse lutum.

Nam qui rex fuerat, vel plurima regna regerat,
mox iacet in tumulo vile cadaver homo.

Nunc nutrit putres defuncto corpore dentes,
escaque fit foedis vermicibus, atque feris.

Non est ad fastum genus hoc mortale creatum,
nec genus hoc Dominus fecit in aere Deus.

Sed fiunt cuncti vili de semine nati,
ut discant Dominum corde timere suum.

Cuius erit plenus fastuque, tumoreque sensus,
hic Stygius sibi met, maxima damna feret;

Hinc et Luciferum Dominus damnavit in Orcum,
non hic, sed nec ibi passus honore frui.

Et grandia spirantes summa de sede potentes,
peccit Dominus poena praecipitare sua.

Sciecit cunctos, quos noverat esse superbos
qui fuerant soliti non mihi magna loqui
Evertit gentes, et protinus perdidit omnes
contra se falsos, qui colere deos.
Vel qui restiterant, submittere seque negabant,
nec fuerat Dominum noscere cura Deum.
Et contra matos humili de stirpe creatos,
qualiter exivit, sceptrum gerenda dedit.
Ipse Deus natum mundi pro crimine partum
jusserat ad dextram nomine sedere suam?
An vel sic humiles exaltet, et inde potentes,
Inferno tradat, seque deiciat.
Ad Domini nutum perit gens per cataclysmum,
nam factor factum voluit esse malum.
Et iam tunc humiles Domino se subicientes
perovavit, tumidos praecipitando viros.
Est mens elati, Stygii lex una profundi
contemptrix inopum, damna parans hominum.
Imperio gaudet, regnique libidine ferret,
est in lite procaz, fit miserisque minax;
Nam tacitis ardens curis, cupit esse sublimis,
et dum se extollit, mille venena vomit.
Est mens elati semper contraria paci,
dum se vice inflat, iam decus esse putat.
Nescit amicitias, nult semper condere rixas,
perfida faedi fragum, gaudet inire modum.
Nec vital ratio, nec opus, nec honoris imago,
proadet ei, pietas, quid valeat probitas.
In scelus elatus primoque tuens reeleratus,
pro scelere et primum condidit ipse regum.
Mecum elati memores vos assiste fati,
qui nimis alta petens, fit sine fine tuens:
Mecum nonne bibis? iam idem sine patre peribis,
vincere patrem vis, quando sublime petis.

Tam tibi dixi bis: medio tutissimus ibis,
in terra qui stat non habet unde cadat.

Frangitur ira gravis, dum fit responsio raris,
sermo superbus obest, mollis ubique potest.

Sicut enim magnum mactabit vipera tantum,
sic parvis rebus, perdit et alta Deus.

Fulmina nunc ubi vis, non parcent quercibus altis,
ventus demissis parere scit violis.

Altos ipse Deus vult longe agnoscere verus:
ast humiles donis condescendere suis.

Illi vere est humilis, tandem exaltatur ab imis:
esseque qui cupiet magnus, ad ima tult.

Te facile exorat duplex qui Numen adorat,
sed manet in vacuo, mente superbus homo.

Cumque lutum, limus, cum res vilissima simus,
unde superbit homo? mox tumultandus humo?

Dupliciter peccat, qui se de crimine jactat,
nequam nequitiam monstrat ubique suam.

Omne genus laudis propriis vilescit in aulis,
non est crede satis, si tua facta canis.

Clavus et ex sacco se scit monstrare ligato,
ex hominum lingua discimus omne quia

Cum tua collaudas, te laudis munere fraudas,
nam facies mihi nomina magna tibi.

Res, cum fortunis, elatus perdit ubi vis,
exemploque probo, quod tibi subjicio.

Quidam blasphemus Tornacus erat Simon Anglus,
doctor Parisiis optimus in Logicis:

Itum tam stupidum vesana superbia truncum
fecerat, ut Christum corrigeret Dominum.

Nam coram dixit: qual Christus et ipse reliquit
dogmata, si vellem mox ego corrigerem:

Sed qua blasphemus, tumida qua mente superbo,
Christus tam mitum mox dedit opprobrium:

139.

Ut non tam primum fundamen in arte latinum,
art etiam totum perderet, et studium;

Sic, ut et a proprio studii fundamenta nato,
ante quibus vixit discere debuerit.

Hunc vere inflavit doctrina, sed esse paravit
ut mente inflatum, sic pariter stupidum;

Nam charitas nutrit, quod vana superbia perdit,
utque humilis crescit, fastus indans erit,

Omnia nunc hominum se praefert omnibus unum,
hinc persona puto prima vocatur ego.

Quam bene gaudebunt humili qui mente nitentur,
quae tunc ne cessent gaudia, fine carent.

Aeternum flebunt, qui magna superbaque quaerunt,
nam Deus aeternis plectet eos Stigiis.

Eva, Adam, Saron, Pharaon, cum Lauleque, Daemon, 140.
nos doceant omnes moribus esse humiles. ✓

F.

Fur, Furtum, Latro.

Fur a furando dictus, sibi multa ferendo
in vitis dominiis semper ubique suis.

Furum diligeret quisvis, si quilibet esset
ut modo sunt ^{et} tracci per studium populi.

Cui? ablativos solos contemnere ^{et} tracos
constat, quos fures semper amant vigiles,

Non sit servator, cessabit quaerere raptos:
semper dat causas ad mala comoditas.

Quodlibet ad furtum confert occasio, multum
est semper factis lux inimica malis.

Gloria, locus faciunt quod fures non sua tollunt,
nam fur quando jacet, Cerberus ipse tacet.

Si cernis ludit, si non, tunc furtiva recludit:
fur quascunque potest tollere tollit opes.

- Fur male furatur dum lumen ei dominatur,
fur non vult lucem, Daemon ut ipse crucem.
- Fur non est latro, quia tempore fur capit atrox,
tempore non atrox, qui rapit ille latro.
- Curantur pauci cum pendent fune rapaces:
audax in furto non timet a laqueo.
- Fallit ius iuris, contra dispendia furis;
manu patris peccat, magnus abire solet.
- Furivus potus plenus dulcedine totus:
qui sua fastidit, plus aliena sitit.
- Hui praedabatur, praeda pariter spoliatur,
ut quis delinquet, sic aliquando luet. 141.
- Huius male lucratur, nunquam bene fructificatur,
vult male fimo rorida praeda viri.
- Non erit haereditis, quid quid praedo male quaeris,
quod cantando venit, vociferando perit.
- De male quaeritis seu furis, rive rapinis,
non fiet dives tertia nunc robules.
- Fur jubilat furis quondam dolitibus iniquis,
nam fur pro furto, mox erit in laqueo.
- Omniem fur praedam deferat ad Daemonis arcam:
nec capit eventum res aliena bonum.
- Saepe mali florent, ut post sua gaudia plorent:
si furivus eris fune perinde peris.
- Ecce qui vivit merito fur fune peribit,
flectitur in mundo legibus omnis homo.
- Post annos plures prodeunt quoque crimina fures,
saepe malus proprium protulit ipse malum.
- Comperit fures modo galgala saepe rapaces,
saepe movent funes quod retinentur opes.
- Fur furatur equum suspenditur, et manet aequum,
non numerabit oves, quas lupus est inopes.
- Fur male furatur, dum fur domui dominatur,
semper ut agroses furta parant inopes.

Si fures dormiret, nunquam per furtiva periret:
audax in furtis fures solet esse suis.

Historio post victum quaerit nummos et amictum,
fures successive furtiva cupit facere.

Nec quercus furi crescit simul et semel ipsi,
quam faber infanti vult fabricate neci.

Nullus iungatur nebulo plebes undique fateri
sed suspendatur, sic bona norma datur.

Plus male pingvescit cum fursure, sed cito crescit,
fursure fures crescit, dum sibi fures perit.

Vivitur ex rapto, non uno vivitur actu,
cur? quia nunc homines, non sibi sunt similes.

Quum furti metuit damnari fures, velut audiit,
consultit tepidum munere caudicum:

Hic dum multa legit, nec pauca volumina voluit,
prope ait effugies, si cito suffugies.

Si quis delinquit, sic Paulus Apostolus inquit:
qui consentit ei, sit reus ipse rei.

Gaudent praedones, cum discordant regiones,
regnum divinum stat male fit nihilum.

Restituunt fures furtum, vi rapta latrones,
mors auferit totum, restituit nihilum.

Si rapere est hominum virtus, donare deorum,
nunquam tam paucos credo fuisse deos.

Non manet occultum, quod latro facit nec inultum,
quod nix occultat, sol tibi mox reserat.

Et res subtiles tandem Sol detegit omnes:
ergo nihil facias, cui puidisse queat.

Presbyter ad funem quondam solans bene furem,
in caelo inquit tibi: caena parata tibi.

Sic ait fures retro: mea nunc ieiunia seruo,
caenabis nostro si lubet ipse loco.

Est ablativus peior, quam quisque dativus,
est minor accipiens munera, quam tribuens.

142.

Res furtiva puto homini gaudet genitivo,
nil ubi nem fuerit, sed ubi nullus erit.

Si res a furto tactae sunt in genitivo,
mult ablativum fur adhibere modum.

Saepe latrocinium causavit torpor iniquum,
ut praedas miles, furtaque pauperies.

In pudore suum qui non vult quaerere panem / 143.
fur erit, aut latro, sicut ait Cicero. ✓

Dei non sudabit, cunctoque labore carebit
non manducabit, sicuti Paulus ait.

Hinc vel praedonem faciet se, sive latronem,
donec post furtum fur venit ad laqueum.

O! miseros homines, qui gaudent esse pedestres:
in trilibus extremis fune parante motis,

In quibus exori fiunt jentacula corvi,
saltant ventosi, sic velut aerei.

Furca tenet furem, vestit rota faeda latronem,
neuter habet flamen, strictus uterque tamen.

Latronis triplex, praedonis culpaque duplex,
est furis simplex, sed trilibus unus obex.

Forsitan hinc furis mors altior extat ubivis,
quam sit praemissis, mors ab utroque viris.

His pro triplicibus statuit paenas triplices jus,
per quas praedones puniat hos triplices.

Funis amat furem, sed amat rota faeda latronem,
qui praedo publicus, plectat eum gladius.

Est tamen et triplicis trilibus his praesentia testis:
duri carnificis, plebis, et ipsa Patria.

Omnia amans praedae, tandem sibi praeda fit ipse,
perius, aut citius, seipset habendo minus.

Praedo rapit praedam, passim vigilanter egenam,
alte casuras ut rapit iris aquas.

Ut cervi atrocem mactabit spiritus angvem:
sic fur furatas res facit exanimas.

Res quas praedaris, rebus praedaberis illis:
ut quod manducas, hoc cito te exoneras.

Ut iugulent homines surgunt de nocte latrones,
ut rapiant fures effugiunt vigiles.

Sunt fures parvi, sunt fures denique magni, — 144.
sunt fures vitae, nominis, et patriae. ✓

Sunt fures rerum, fures dantur specierum, —
futorum nimius, semper erat numerus. —

Semper funestas, nebulosas fur sapit horas:
hinc puto funesto fune perit nebulo.

Non est tam validus brumali tempore viscus,
nec manus Autolyci tam piccata viri,

Sicut erit furis manus inveterata mimacis,
qui longo asseverit tempore quae didicit.

Crescit amor furti crebro cum spe repetiti,
per crebros actus se generat habitus.

Ad mel gustandum qui primo traxerat ussum,
illum per binas traxerat auriculas;

Hinc naturales usus deperdidit aures,
absque quibus nullas cernimus esse feras.

Ast ubi gustavit, dulcoreque se satiavit,
caudam quam tenuit, tractus ab inde fuit.

Hinc usus longa cauda privatus et ipsa:
est certe incedens, auriculisque carens.

Sic sunt praedones, latrones, et nebulones,
sic ipsi fures, qui faciunt inopes.

Ad primum tantum trepidabunt quemlibet actum,
posthac asseverant, et miseri pereunt.

Ursupare ioco raptor persaepe iocoto,
dum solitus fuerat, talia verba dabat:

Haec manus efficiat me me, mea voce tua carpat,
hoc et idem semper fur repetebat iter:

Ast ubi iam capitis poenam meruisset ubivis,
ob commissa bonis probra nefanda viris,

Atque foret laqueus iam suspendendus acerbo, 145.
✓
quo raptor luit carmine tortor ait:

Haece manus efficiat ne me, mea vox tua carpat,
fractusus strictam iam tibi fune gulam.

Ad laqueum raptus tenuit fur spe sine captus,
pat spatium vitae, pat spatiumque viae:

Hanc plateam inferit pestis, sic audio dixit,
pertransire illam, non ego sustineam;

Alea de fitma tollatur cur mihi vita?
cur adeam pestis certa pericla luis?

Huic ego subscribo conceptum quem tibi figo,
etsi perpaucis his ego verriculis:

M. cruce post unam moriendum cui fuit horam,
non voluit post tres peste perire dies.

Faemina fitma dolo.

Faemina quae nequam, non est scrutabilis unquam:
in cunctis factis faemina fitma dolo.

Faemina non meminit, post portam, quae bene sensit,
reddunt delixum faemina, vina vitum.

Faemina donabit raro, sed multa rogabit:
peuper pro nummo faemina dicet amo.

Deflebit mire, quem decipit ars Catharinae,
convincit dixum faemina saepe vitum.

Faemina ridendo, flando, fallitque cavendo,
vit bonus ut maneat, faeminum caveas.

Cum verbis blandis, fallacibus, atque nefandis
illaqueat phetum faemina saepe vitum.

Rebus in extremis tria sunt, pejora venenis,
faemina cum socio, si mala, falsus homo.

Dat probitas speciem, sed non species probitatem:
dum probitate caret, nec sua forma valet.

— ?
—
—
—

Nix est nunc aliquam pulchram invenire pudicam, 146. ✓
esse solet raro pulchra pudica caro.

Faemina mult juvenem passim spernitque senilem,
semper prona rei, quae prohibetur ei.

Stillantes aedes, fumus, per compita faeces,
his mala nunc semper, prior erit mulier.

Idem cupit uxorem, cupit absque quiete laborem,
faemina res agilis, faemina res fragilis.

Gaudet adulta toro repitante ciconia rostro,
quam si quis ducat, virgo senilis amat.

Rurticus es totus, populis cunctis odiosus:
cur te formosae vis sociare rosae.

Præcessit tactus, requiritur mox impius actus,
exornat cultum faemina prisca Num.

Mt festum Megnes juvenem sic attrahit Agnes,
incautas acies, dat Veneris facies.

Causidicis, medicis, meretricibus, atque patronis
perpetuus, si des, creditor esse potes.

Cuius arctatur, si quis Veneri sociatur,
nec dormire sinet, quem Venus inficiet.

Alea, vina, Venus, tribus his fit dives genus,
debilitant uno vina, venusque morbo.

Mt Venus enervat vires, sic bachus aberrat,
alea non parcat, blanda Venusque rapit.

Accendit teneras Venus ingeniosa medullas,
inventrix scotti, mater adulterii.

Dat caro nunc bellum, venus otia, cultor agellum,
nil caro, fescque, venus, cultor agit melius.

Est animal durum carnis perfingere mutum,
totum causat homo liber in arbitrio.

Volvens in caeno, caro si tibi sit sine freno,
te caro denigrat, spiritus albificat.

Spiritus arctatur, caro si tibi nunc dominatur,
spiritus emoritur, si caro non premitur.

Ad se lugentem Christus reficit venientem,
carne quis inficitur, quisquis eam sequitur.

Faemina molle genus, per quod juvenis fit egenus,
ni oibi sit virtus, vel pudor, atque metus.

Est tibi serpentes melius laudare fementes,
quam Veneris laqueos, faemineumque melos.

A se civili, mulier, puer abstinet omni,
nullaque nunc mulier, nec gerit arma puer.

Utuntur tunica mulier, puer undique longa:
imberbes pariter, sunt puer, et mulier.

Fertur et in tenerum puer, et cito faemina fletum,
blanditiis mulier, decipiturque puer.

Perlege scripturam, legem perquirito sacram:
sunt ex lege seupes, nunc puer, et mulier.

Et tamen heu! quales nunc cogitis esse faeces,
tu Venus o mulier! tuque cupido puer.

Sit tibi nunc mulier quati dura, vel ossea semper,
non de carne sui sumpta, sed osse viri.

Si forte in caelum vir sumitur, puer in otium,
cessant esse duo prokinus una caro.

Nulla fides Veneri, levis est, nec vult retineri,
non est fixa polo, stat vagabunda solo.

Faemineum quare, mentem, linguamque domare:
Herculis est fateor, maximus iste labor.

Ambulat in mediis mulier promporior aulis,
vixtus iam medium perdidit ergo locum.

Sint utinam similes formae tibi faemina mores:
concordet formae candida mens niveae.

Conjugis observas mores, et crimina ploras,
verba putas leges, impetiumque preces:

Aperit, agit miserum quo vult, te nupta maritum,
ut dubites quis sis, faemina vel juvenis;

Contra naturam, mores, promptamque loquellam: 148.
haec vir, et hic mulier: dico tibi breviter. ✓

Cede, Venus cedit, si stas, Venus improba laedit:
si fugias Veneris proelia: tutus eris.

Ille domat Venerem, fraenat Venerisque furorem,
qui contradicit, nec fugiendo nitit.

Contra vim Martis cedit victoria Parthis:
sic vitus Veneris, tu fuge victor eris.

Virginis aspectus penetrat sine vulnere pectus,
illum non penetrat, qui sua, seque fugat.

Crescit amor fructu, rursus decrescit abusu,
fac Venus ut fugiat, quam fuga sola fugat.

Igni ligna negas, quando jeiunia servas,
a Lena longe, sicut ab igne fuge.

Virgo ex natura mihi nubat erit tutura,
ne te proat stimulus, nubere sit melius.

Per Veneris morem virgo cito perdit honorem,
ni voti compos, sit tibi semper inops.

Despice factorem Veneris, sectando pudorem,
te perit in minima sancta pudicitia.

Virgineum votum qui vult contumpere motum
punit hoc crimen, virginis ultor thymen.

Infelix ibit, maledictis fine peribit:
faedator cleri, virgineique thori.

Clericus ad pugnam, monachus proclivis ad aulam,
aut quae virgo salax, atque puella procaax:

Sicut flos longe, caret horum finis honore,
et fiunt cunctis turpis odor populi.

Illi capit uxorem defuncta mare per orbem
maufragus in tumido bis natat ille freto.

Illi mater uxorem duxit sibi deteriozem,
talis et ad faedas semper habet tenebras.

Prima vitum primum mulier deiecit ad imum:
vae! tibi faemineo qui facis apta iugo.

Faemina dat vere tentamina plena dolore,
faemina fasc Lathanae, spina, et acuta rosa.

Faemina, corpus, opes, cum lumine, voces

eripit, ac orbat, destruit annihilat.
Hunc miserum fateor, quem calceus proget, et puor,
amplius haud refuat, faemina quem superat.
Faemina nulla bona nisi sit bona digna corona,
mollit et intricat, lactat, et illaqueat.

Attrahit ut viscus, post inficit ut Basiliscus,
dum narrat mirum, vult superare vitum.

Sub longis tunicis brevis est animus muliebris,
sub longisque pilis, mens brevis est capitis.

Perversus socius, mala faemina, falsus amicus:
sunt tria quae doctis proava tulere viris.

Lingua faeminea, vernalis certior aura,
unum sunt in se, faemina cum glacie.

Colloquium, risus, contactus, et oscula, visus,
feroress socii, prosperitasque loci:

Haec faciunt vere succumbere sume muliebre:
si caveas totum, non erit opprobrium.

Ubi pluma levius? flumen, quid flumine? ventus,
quid vento? mulier, quid muliere? nihil.

Faemina dum jurat, caveat qui credere curat,
est nimium jurans faemina fraudis amans.

Cos rapit, et tollit, vel ferrea pectora mollit,
esto cave nimium, virginis colloquium.

Cur mittis violas? nempe ut violentius terras,
aut violes violis, o! violenta tuis

Ille levat lateres, qui custodit mulieres,
hoc ipsum faciet, quod quis ei prohibet.

Colloquium illatum, non est nisi vitus amatum,
ut flectent oculos exudiere suos.

Præbent sub mellis dulcedine, pocula fellis,
versabit varios faemina mente dolos.

Est decus illatum laqueus salax animatum,
crede ratem ventis, non animos Helenis

Post casum rerum cessabit amor mulierum,

150.

faemina nos laqueis lactat iniqua suis.
rescunt sermones, ubi conveniunt mulieres,
est quasi grande forum, faemineum elloquium.
Et vulpes fraudem, sic vult sibi faemina laudem,
laudis ad elloquium semper habet stimulum.
Inavileus, et modicis ornatur faemina verbis,
Virgo vera modum semper habet tacitum.
Ex hoc laudatur mulier si pauca loquatur,
Angelicam dico, quae tacet elloquio.
Faemina quo minimum nunc mente loquatur ineptum?]
non male respondes si februum recites.
Solum namque dies februarius haud habet oves,
qui sunt pudens mensuris in reliquis.
Dos in matrona pulcherrima: vita pudica,
dos perit, aut languet, vita pudica manet.
Anglis causa detur: cur faemina Papa vocetur,
pastores faciens, et diadema gerens?
Causa est: Servorum regina est serva suorum:
cur ita? Se servis subicit illa suis.
Orbis habet solem, vir, non mulier regit orbem
fit casus regni, per muliebrem regi.
Adam, Samsonem, David regem, Salomonem,
faemina decepit, quis modo tutus erit?
Si conjux Samson proliavit criminibus: an non,
hoc nostro multae tempore sunt Salidae?
Turpis anus cupiens formosior esse senescens,
quam color admittit, rugaque faeda sinit.
Ora, genasque limet fucis frontem quoque sistit,
ad speculum, et sibi met ficta puella placet.
Aestus at ardentis dum contingit Phaëtonis,
mendacem, quem sparsit mox color omnis abire.
Tunc rugosa manet facies, fucusque recedet,
quo se depinxit, conspicuamque dedit.
Spissior atque fuit, hic fucus turpior ibit,
turpior, et turpis scabra fit ipsa cutis.

Post speculum repetens faciei turpia cernens,
dicit: mentitum quod sibi sit speculum.

Fortunae Casus.

Casum fortunae tenere a vestro poetae:

Tento sed F. pro V. dicere vult hodie.

Hinc non Fortunam Tinto vult dicere veram,
sed vult fortunam dicere fortuitam,

Multus fortunae mutatur imagine Lunae,
semper ut ante vias vult variare suas.

Crescit, decrescit, constans persistere nescit,
deicit, atque levat, deprimit, et tectat. — 152 ✓

Quos vult sors ditat, quos non vult sub pede calcat,
incertaque via volvitur ipsa rota.

Forma perit rerum, mutantur facta dicunt,
nam modo vadit eques, qui solet ire pedes.

Aures non claudit mala sors velociter audit:
ut labor est oculis, sic favor in populis.

Dicitur a multis: sors est contraria stultis,
hinc puto fortunam cernere utramque viam.

Est in natura sors una tamen dabit ampla:
pauperibus laetum, divitibusque metum.

In re tranquilla metuas adversa sub illa,
sicut quis remigat, taliter et properat.

Prosperitas gentes fecit plerumque ruentes,
forma, favor populi, sicut ut arundo tibi.

Passere sub tecto remanente vagatus histundo,
cui servit nimium sors facit esse malum.

Cui ex natura sors non est omnibus una?

Multum in fortuna nemo manere sua.

Omni momento patiens nunc esse memento,
nam certum est fieri numine cuncta Dei.

Cursus fatorum nescit pars ulla virorum,
est tantumque Dei scire futura rei. — 153 ✓

Vivere coneris bene, nam bene sic morieris,
qui bene nunc vivit sorte beatus erit.
Vivis, vive Deo, nam mors est vivere mundo,
non amat ille Deum, cui placet esse reum.
Non oleum semper, venient sed amara frequentat,
vomere nec semper scinditur aptus aper.
Tempore difficiles veniunt cum murmure sortis,
post paucosque dies sunt iterum faciles.
Non est aequalis sortis omnibus, et generalis,
de vario in varium postulat ille locum.
Errat in ambiguis fortuna volubilis alis,
nam manet in nullo certa, tenaceque loco.
Vult aliquos laetos, multus modo causat acerbos,
tantum fit constans in levitate volans.
Nec formae fidas, quam pellit morbus, et aetas,
nam titubet multis candida forma viris.
Sit formosa aliis, nec tibi sit bona: nescis,
quam noceat vitae forma subinde praesae.
Destruit, et rodit sortis omnia, quae Deus odit,
dat Deus, et recipit, saepe quod ipse dedit.
Risus habet fletum, nectarque molestat acutum,
ut melulae lucem nox fugit atra diem. 154 ✓
Semper erat fluida passum quoque fortius unda,
dura tamen fluida, passae cavantis aqua.
Sortis parcat nulli, nec honori noxior ulli,
est ex natura: cur? quia caeca Dea.
Nullibi subsistit, rem sortis distinguere nescit,
exponit ventis omnia sortis hominis.
Optima peiori datur oscia nunc molitori,
saepe quis est melior, sortis tamen inde minor. ?
Non multo perpetuis fortuna placere minutis,
jam venit in titulo, jam sedet in vitulo.
Inconstans, fragilis, miscens adversa secundis:
multo tibi, multo aliis se variare viris.

Non formidando minimum, sed sors properando
tollere scit juvenes, et retinere senes.

Omnes lactantur dum prosperitate beantur,
nam jucundus erit, cui bona sors cecidit.

Omnes tristantur cum prospera nulla luctantur,
mult fortunatum mult sibi quisque bonum.

Sed quia se prouidem fecit fortuna vagantem: 155
sub dubio praebet, quidquid in orbe tenet.

Nunc inopinatum, nunc fractum, nunc facit aptum,
cur? quia sors certum nescit habere statum.

Forma, favor populi, bona sors, dilectio amici,
ut cito praetereunt, sic cito non redeunt.

Tempus honorabor, donabor, semper amabor,
si steterit velis aura secunda meis.

Sed perit ars veterum, riget altera forma dierum,
quod modo stat nigrum, mult fieri niveum.

Nec sibi concordem spondent exordia finem,
hinc vice gaudemus; jam miseri gemimus.

Nunc sors fidentes minimum facit insipientes,
aut hic, aut alibi sors varianda tibi.

Hic nullus ventrem, patiat ibi quoque mentem,
qui modo stat gaudens, est aliquando gemens.

Hic implent ventres, sed ibi cruciantur egentes,
post has laetitia pollicitant lacrymas.

Hic delectari cupiunt, sed ibi cruciari,
sunt tales homines nunc fatuis similes.

Hic mult affligi prudens, sibi multque beari,
infimus aere teror, rursus ad astra feror.

Commota qui sentis iungas onus emolumentis, 156
nam sors perpetuum non dabit obsequium.

Insidias nutrit, sors aspera tempora cudit:
quod tibi nunc tribuit sors aliquando rapit.

Hinc metuas sortem, quamprimum scandis honorem,
teque ruinoso stare memento loco.

Sub meliore statu, semper peiore time tu,
pars nimium sternit summa, sed ima linit.
Felicis sponsae gremium perfunditur imbre,
ut pars antiquas arida sorbet aquas.
Hui seruit operat, desperat qui modo mandat,
hoc quisvis vidit: cui male, post bene fit.
Hic miser inflatur, qui felix esse putatur,
sed mox fit periens, et tuit ima petens.
Tu sis contentus, sicut fest omnia tempus:
in tenui tenues sollicitentur apes.
Non quo propositum, sed quo pars ducit eundem 157
non regitur nostro pars bona proposito.
In qua sede sedes, si sit tibi congrua sedes,
illa sede sede, nec moveare pede.
Ut mihi fit stratum, sic semper vado cubatum,
qualiter aqviso, taliter et comedo.
Fortuna audacem, faciet eibus omnis edacem,
esse aliquid pro te, si cupis, aude et ede.
Fortunae teneas quaeso reverenter habenas,
eventus spatio dives ab exiguo.
Nam pars iucundum didicit pervertere fundum,
sicut festivum scit maculare vitum.
Ut potuit gratis succurrere rebus amatis,
sic poterit gratis saepe negare satis.
Jam causat nudum, jam potuit ludere ludum,
nunc mihi nunc aliis est inimica viris.
Ex imo ad summum, de summo pergit ad imum,
atque diu nullo vult habitare loco.
Se pars mutabit, sicut ventus sibi flabit,
nunc huc, nunc illuc, se variabit adhuc.
Hinc puto fortunam se nulli sistere ut unam,
cum vigeat velis, sicut habet tremulis.
Portem non stantem, veteres sed in orbe volantem,
pinxerunt pennas adiciendo vagas.

Hinc quavis chasta, quavis non certior aura
est sors, in fixo mercia stare loco.

158.

Non satis es cautus rebus felicibus auctus,
elatus cerebrum tollis ad astra tuum.

Non tibi quod foveat tua, te fortuna levabat,
sed sibi quid liceat prodidit, ut liqueat.

Scilicet extremis praestant mediocria cunctis,
infima dum curant summa repente ruunt.

Omni nunc in te, quidquid blanditur in orbe,
est cito marcescens, ut rosa verna cadens:

Nullum tam placidis adeo complectitur ulnis,
quin parte excosa sors premat hic aliqua.

Sternere summa libet, velut infima tollere gaudet,
juraque vult nulla vertere lege sua.

Lubrica constantis nil dat fortuna quietis,
sed variat varias caeca rabinde vias.

Maxima dum bona sunt, jam tunc mala ? subeunt,
maxima dum mala sunt ? jam bona sunt.

In somno quoties stertis, felix tibi non es,
si numquam in somno es, tunc pariter miset es.

Idui felix igitur sorte, indulgente putatus,
vult tumidusque levi prosperitate fuit.

In noctis requie, vel felice desinet esse,
vel sine nocte statum seipset habet miserum.

Ego forti animo mala fet, nec bis miset esto,
ne cito venturis praemoriare malis.

Deiciat sensum tibi nulla molestia rectum,
si longa est levis est, si gravis est, brevis est.

159.

Muridiando vagam comprehendit aranea muscam,
et trepidam ut protulit castibus implicuit.

Mandere vult captam, sed saepe os inter, et ossam,
ut sortes praebent, multa venire solent.

Sors etenim vitae cito luctum fecit arachnae,
quam subito in miserum transiit exitum.

Nam stimulante fame properans invadit utramque,
sternus: arachna perit, musca levisque fugit:
Sic sors fit fausto rabies, conamine in ipso,
inter et armadas si malus es metuas.
Est semper fluidis fortuna fugacior undis,
hinc certam pridem perdidit illa fidem.
Fidere virtuti res est conjuncta salutis,
fidere fortunis est mala res ubivis.
In terra, atque mari gaudet fortuna minari,
nam solet esse bonis durior aequo malis.
Sors quos evexit, livor plerumque repressit,
in magnis certus vice fuit unus herus.
Semper habet casum ridens fortuna paratum,
quos effert multum deiciet minimum.
Hannibalem Noto: quot laudes in duce summo
invenies? totam cum domat Italiam.
Post Mithridatis opes victas, altosque Elephantas
Maurorum gentes vicit, et Aethiopes.
Transmisso oceano montem praecipit aceto,
Hesperias ipsis addidit imperiis.
Sic mihi, quae facies? quales fuerant duci honores?
facta Deum quem dant, fatauisse negant.
Nam victor Stygias ubi vice superaverat undas,
mox fuerat moestum tractus in escilium.
Errabat tristis patriis projectus ab oris,
mirandusque cliens est sibi factus egens.
Saepe Saguntinis se ipsum devoverat umbris,
optabatque diu se cecidisse manu.
Quid fuerat magno Pompeio majus et ipso?
regum regnum vicerat imperium.
Atamen invictus tandem est a Caesare victus,
atque per insidias mox tulit exequias.
Et cui ferre omnis terrarum paruit orbis,
prospiciens tenuem saepe petivit opem.

Ideis poterit tantum vero sine Numine fatum
condere, vel mites sic variare vices?

Sit nisi quem colimus trinus Deus omnibus unus,
qui regit, et scit quod fuit, est, et erit.

Fatum fatosum falsosum cuncta Deorum
in manibus Domini sunt, remanentque Dei.

Hinc puto Germanus Godt, ut Gad dicit Hebraeus
fortunam, verum non reuendo Deum.

Famae de more volatus.

161.

A fando famam praece dicere per amplam
per quam res vaga fit, seu bona, seu mala, sit;
Per diffamantes res fiunt, neque vagantes,
et volitant celeres sicut in orbe dies.

Affectasse ferunt coelum sicut metra dicunt
magnum Titanes, terrigenas roboles,

Ataque praecipites stansisse ad sidera montes,
ut possent altos ad Iovis ire facos:

Tentarunt tumidi, montem superaddere monti,
ut valeant hostem sollicitare Iovem.

Atamen horribiles vibrando Iupiter enses,
verbis in auctores quas potuere neces.

Et quia crudeles tellus tulit ipsa Gigantes,
ingemuit victos perdere moesta viros

Hinc in vindictam duplicem genuit tibi famam,
quae noceat mundo, quae noceatque polo:

Mille manus, duplices dederat pro viribus angues,
et dixit magnos his superate Deos;

Hinc et dupliciter vult famaque crescere semper:
vel minima extendens, maxima vel minuens;

Nam duplex cunctis est hostis fama Beatis:
sive tacendo plus, sive loquendo minus.

Hinc bene plumatam veteres praeceque famam,

cum pars sit ventis fama, volando nimis.
Sunt huic tot linguae, quot sunt in corpore plumae,
oraeque sunt illi tot, quot in orbe viri:
Continuo falsis vult crescere fama relatis,
hinc quidquid narrat multiplicare parat.
Fama repleta malis velocibus evolat alis,
gramen deterior cresce scit citius.
Fama boni lente volat invidia retinente,
flos qui multa valet, tardior esse solet.
Sic dicunt gentes: sequitur mala fama nocentes,
sparguntur citius quae mala colligimus.
Excedit metas dum carpit fama poetas,
fama quod aequabit vix aliquando dabit.
Ex minimo crescit, sed non cito fama quiescit:
lingua magis famae gaudet inesse malae;
Est medium magae quod ab auditu loquor ipse,
auditum solo vendere sicut erro.
Non quivis sordet, quem deute calumnia mordet,
autum contortum semper habet pretium.
Laudat venales quos vult extudere merces
mercator, reliquae sunt sine laude bonae.
Crimina devita; nam famam dat bona vita
mente Deum volvas, quod scelus hoc caveas.
Huius profere times, quod vult dicere reges,
dicit fama tibi: Petre memento mori.
Semper clamatur, dum Pascha venit quod amatur,
paepius et repetit, quod tibi quisque petit.
In re sincera non sunt mendacia mera,
falsum quod narrat fama subinde parat.
Credendum Sanctis, cum signa videntur in illis:
pro re non certa fama dat eloquia
In re mundana docet experientia vana,
cur? quia se variat quidquid in orbe micat.
Nullum fama gregem faciet per carmina regem,
nam solet incertum fama docere modum.

162
✓

Si vis vera loqui, semper rhudeas imitari
quod dicunt iusti, non quod in orbe mali.

Est pretium vere, pretiosum nomen habere,
ut placeam sanctis, nolo placere malis.

Est bona fama viri, q[ui] [a]res [] pretiosior omni,
qua qui dives erit, ditior esse nequit.

Omnibus, et cuius pretiosum nomen ubi vis
hoc qui custodit, magnus habendus erit.

Nulli thesauri mundi sunt tam pretiosi,
sicut honor vitae qui datur eximia;

Thesaurus cessat sed fama beata perenat,
hinc melior cunctis est bona fama viris.

Observans legem non potest laedere regem,
sed vult ex legi fama nocere gregi.

Nemo est exemptus, vel legibus iudique demptus,
Zodiacis neque Sol iterabit iter.

Fama boni pro te, magno stat pasta labore,
servetut melius quo fruimus gravius.

Post multas strages, post multas denique clades,
iq[ui] [a]res [] mit vere surgere de lapide:

Si post sudores, post magnos sicque labores,
quae te collaudet crescere fama solet.

Iuris prudentes dignantur adire clientes,
cur? quia divitias concipiunt varias.

Accedet medicum quisquis se senserit aegrum,
cur? quia corporibus cura secunda salus.

Solus The [a]res [] loquus comperet non vocitatus,
et fit posterior iure aliunde prior:

Sic nunc aequalis non est sed fama dicilis,
hunc aliter narrat, nunc aliterque vocat.

Error opinando contingit non dubitando,
non errat dubitans, errat utrinque putans.

In terra multum dominatur opinio: verum
quando famat putat, me dubitare vetat.

163.
✓

Hic res testatas firmat proterva voluntas:
vota ut iura docent quae bona prima valent;
Omnipotens prae fecit Deus omnia voto:
hoc unumque unum servat ubique modum.

Fama sed in vesis gaudet procedere dictis
hincque solet veris addere falsa novis.

Semper ut assoerit, prae per mendacia crevit,
nec manet in primo praepe loquendo morbo.

Nil ait esse novum Salamon sub sole columbum 164 ?
in veterimum dum scit reperisse novum.

Cedere diluvium, campumque patere liquatum
quae primum docuit fama, columba fuit:

Primus et in viso pelago tandem superato,
nunciat immemeros esse columbus agros.

Hinc auri massam tulit alter, at altera olivam,
alter divitias, altera delicias.

Non est in terra tam simplex fama columba,
cui? quia serpentes semper habet duplices

Taliter haud vendit mundo nova qualiter erit,
nam quocumque videt, multiplicare solet.

Iduamvis nunc ad rem famam cumularimus inanem,
ut fuit, est audax, et mala fama loquax:

In toto mundo vires acquirit eundo,
fama tenax facti, nuncia proava rei.

Disfutum parat, vitium divulgat abunde,
hinc merito magnum sit tibi fama malum.

Est nunc fama malum quo non velocius ullum,
gastulitate vivet, mobilitate viget.

Exemplo Libyae falsissima spargit in Urbe,
est bene nota solo, nec male nota polo.

Fama loquax omnes gaudet transire per aures,
plurima scit veris dicere falsa viris:

Ipsa quid in terra rerum geritur, vel in unda
conspicit, atque videt, quidquid in otlee viget.

Fama fremens fundit voces, iteratque quod audit,
nil sibi dum retinet, nulla secreta tenet:

Mixtaque cum veris, passim commenta loquellis
divulgat, dictum multiplicando suum.

Famae terra parens, nec amici est modo parcens,
totum illique patet, quidquid in orbe latet

Millia verborum confusaque verba virorum
?, et plateas non patitur vacuas:

Incitat in numeras falsa ad praeconia linguas,
et gaudet dictis crescere vel minimis.

Id quod quot fluxerunt, vel quot quot in orbe fuerunt:
fama tenet memores semper ubique dies.

Omnia fest tempus, sed transit ut ipsa iuventus,
omnia divulgat fama, velut numerat.

Fama diu durat, parvo etsi tempore crescat,
nam dictis, factis crescit in exiguis.

Laeteris multis si sis memoratus in oris,
non bona dimittens, sed mala non faciens.

Ut tua, te foveas fama mendacia spernas,
hic bene nam de te dicit, at ille male.

Cum probitas morum, non cuset verba malorum,
non cuset famam vir probus ipse malam.

Debentur maestas et sanguia corpora bustis,
effugunt fructos nomen honosque rogos

Non video Achilem, nec qui tumularit Oerlem
attamen in fama vivit utroque sua.

Ueteris mores in mundo qui meliores,
ut rigeat pulchrum nomen ubique tuum.

Cui bona vita fuit, talis post funera vivit,
sed male qui vixit, semper inanis erit.

Fama manet facti, sed cum virtute peracti
famam quae bene stet, qui bene gessit habet.

Res exemplares cunctas volitare per arces
quis neget? hinc ut eunt fulguris iurata erunt.

Laudas saepe bonos, imitari's candidè paucos,
laudo inquis posita candidus invidia:
Sed qui quod laudat, si illud sibi inesse laborat,
lacte est ac miribus candidior populus:
Ut qui quod laudat, nunquam sed habere laborat,
multis peleribus turpior est populus.

Carolus a quinto sed ficto rege Philippo
Hesperiae tumidum reperat hocce metrum.

Per quod praet[er]is voluit sibi eudere famam,
a matre quod regnum sit sibi iudicium:
Quod dum subnecto discretum lector habeto,
cur? quia divestis metra repono metris:

Philippus V.

Res ego regnotum sum bino iure duorum:

-- Res Hispanorum materno iure novotum,

Patris Francorum fiam de iure mestum;

Hinc et regnotum variata est fama duorum.

Carolus at verus de lumbis Patris Theus

Responi hoc dederat, sicut opus fuerat:

Prædo regnotum qui dicitis esse duorum,

non es Gallotum res patris iure tuorum,

non Hispanorum matris de iure novotum,

Matri regnotum ius nullum mittitat horum,

hinc est regnotum phibitissima fama tuorum.

G.

Gaudia quae mundi.

Quatuor aetates numerabant undique vates
mundi, fors visam propter eam statuam,
quam misus toti descripsit Daniel orbi,
et fuit in membris visa metalli feris.
Per caput auro quod condiderat pretioso
aetas quae vixit sub Iove prima fuit.

166.

✓

123

Aurea ? una lactas horas consumpserat aetas,
nec timuit rigidi iudicis ora tui:

Non tuba diserti, non aeris cornua flexi,
nec galea exsttubat, nec malus ensis erat,
Mollia stertentes peragebant otia gentes,
nec fuit esse meum nec fuit esse tuum.

Sed post Laterno tenebrosa, in tartara misso,
auro deterior creverat, haud melior;

Namque hyemis moles subiens argentea proles,
non proaves imbres, passa sed est glacies.

Post has aetates ? esset aenea proles
quae multum saevis clausit ingenuis.

Promptior ad fortes hoc aetas vicerat enses,
iuae ad tentamen non scelerata tamen.

167.

Quarta sed in duro viget aetas ultima ferro,
in qua post pugnas victa iacet pietas:

Omne nefas regnat, minimum nunc doctus aberrat,
quae fratresque decet gratia rara viget:

Et tamen in mundo vult vivere quilibet isto,
et gaudet voliti filius esse doli:

Gaudet mercator si ditior advenit emptor,
ut pro mercato Lena nefanda toto:

Gaudet ob exactum pariens nunc faemina partum
sicut pro t^oto venditor ipse lucro

Gaudet post gazas, quas dives ponit ad aras,
sicut pro folio mente superbus homo.

Gaudent potantes, cum lucro sollicitantes,
nam nutriunt fatuos gaudia vana suos.

Non est tam dignum quod cernis in orbe benignum,
quo gaudes tumide, cras suct, aut hodie.

Lubricus est mundus; nam nocitur esse rotundus,
hinc videat qui stat ne celer inde cadat.

Forma diu non stat, quam mundi gloria praestat,
nam sine fine omnes vult variare vices.